

Gembicki et Andreas
ep. Luccorien.

Canerese Thomae: ^{Mmo} Andreae Gembicki
Ep. Luc. feliciter Episcopatum Luccor.
ingredienti Ode.

PANEG. et VITAE

Polon. 4^o

N^o. 231.



17726 I

D
E

E

TH

In C

ILLVSTRISSIMO & REVE-
RENDISSIMO DOMINO,
D. ANDREÆ GEMBICKI,
EPISCOPO LVCEORIEN-
ABBATI TRZEMESNEN.

Feliciter
EPISCOPATVM LVCEO-
riensem ingredienti:

O D E

A

THOMAS CANEVESI *Philosophia Doctore,*
& *in Alma Acad: Cracouien. Professore,*
deuotè consecrata.

CRACOVIAE,

In Officina Typographica Francisci Cæsarij, Anno Do-
mini M. DC. XXXVIII.



BIBLIOTH. UNIV.
JAGELLENICAE

17726 I

O D E
Gratulatoria.

STROPHE I.

Domus vetusta? sic tuæ illustrissimæ
Luci, ac imaginibus, Parentum
Carissimis æternitati posthumæ,
Alueo vasto adueniunt honores,
Lucemque lucis lumine adampliant,
Nec sinunt vacuos sequi nepotes,
Vndiq; sed pulchro circum dant germine laudum,
Numina Regni,
Spemq; decusq; Lechi.
Ter, quaterq; beata, cui amœnum
Ver gloriæ continuò adest, nec tollitur,
Turbine fati,
Ictûq; casus.

Antistrophe I.

Quod tale monstrum; pectoris quæ tanta vis?
Cui facilè cursus gloriosus,
Plenusque meritorum cathalogo & ordine,
Non suâ obsistat valida potenti-
a, & nexu amico multiplicis boni,
Illæfusque scopo fruatur ipso:
Congestum vnus in montis, si cuncta ferantur

Robora terræ,
Stat decus ingenuum,
Immotumque suâ tenetur arte,
Momenta vitæ collocando labilis,
In monumenta
Æternitatis.

Epodus I.

Virtus in folio reposta celfo,
Nusquam pertimuit minas,
Intrepidamque mali procellam,
Surore clato latere neruis,
Elidit obicem quemuis,
Omne cachinnis
Dans repagulum,
Victricique manu, superba tela
Confodiens, plenamque salutem luce triumphis;
Inter illustres animos coronat.
Vitam, qua melius nihil,
Absque querellâ,
A gemituque procul,
Eliminatam sustinens.

Strophe II.

O Inter altos Patriæ nidos, Cedrosque generis elatissimas, for-

mauere

mauere semitam quibus sub sidera,
Musa, virtutis studium, laborque.
Multum serenat GEMBICIVM Domus,
Effundens radios in Vrbe Patri-
a, intactum Regni decus vt consistat in æuum,
Seclaque mille.
Nec moriturus eat
Ordo, cuncta cui suam tenentur
Offerre vitam, si diurnare expetunt;
Hoc sine, mundus
Iacet sepultus.

Antistrophe II.

Prospera, beata, iterumque; & iterum prospera,
GEMBICIAN Æ Fasciæ atri
a, floret in quibus semel lux gloriæ ac-
censa, ceræ continuans auitæ
Famam, & Pyropos nominis inclyti,
Fatorum eripiens edacitati.
(Laudibus ista nocent Maiorum, stemmatibus ru-
bigine læsis)
De manibusque pijs,
In pias etiam fluunt decores.
Stipendium virtutis, hoc est debitum,
Legeque cæli,
Fenus creatum.

Epodus II.

ILLVSTRISIME PRÆSVL in tuorum
Splendorum segetem, mea
Musa licet tenuis, ocellum
Mittit sagacem, obtutui sed
Inusitatum lumen
Antè, retundit,
Permitte Tu,
Inter tot Charites tibi canentes,
Maturusque virum coetus, me paupere plectro,
Fila Diuarum, sapiente plena
Cantu, tangere,; nam hic sonor,
Funera vitæ
Vincere scit fragilis,
In aure postera sonans.

Strophe III.

ES dignus ad cuius canendam adoream,
Genitumque lumen gloriæ, vir-
tutis laboroso partu, Helicon omnem Chorau-
lam instruat, Musæque tonent suavi-
ter, carminis nec tendo sacrum furo-
rem. Tu namque domo creatus ampla,
Prima inter vitæ teneræ molimina vana,
Pulcha futuri,
Sideris indicia

Dabas,

Dabas, nec temerâ spei voluptate
recreabas sanguinem tuum inclytum,
Ostia ventura, adaperiens lau-

Antistrophe III.

di. Ut arborum preciosiores in solo,
dum fertili nascuntur, eue-
ctiore vitâ, non manent surdæ ocio
Fronde, sed pulchra rutilant comisq̄ue,
Et proximarum fructibus æmulæ,
Exultant folio venustiore,
Nil spatij dantes peruerfis vepribus agri.
Sic tua certè
Vita, tenella, statim
Surgentis fuerat decoris index.
Aurora fulgens, nunciat sudum diem:
Sicq̄ue iuuenta,
Præfaga vitæ.

Epodus III.

HÆ sunt diuitiæ beatiores,
Thefaurusq̄ue adamantinus,
Cùm subito modicis ab annis,
A lacte Matris, vberi tra-
ditur Mineræ, pruden-
temq̄ue parentem

Adit

Adit puer.
Incrementa viâ recepit istâ
Maiorum splendor vectus sub tecta Deorum
Præpeti gressu; nec amoena quisquam
Tempora nouit,
Cuî caruisse Miner-
ua contigit celeberrima,

Strophe IV-

Hic lachrymam fundit oculus densissimam,
Iraque iustâ in eos fremit mens,
Sagitta, quos exercitat prius ferox,
Et canum velox cumulus boantum,
Quam fons perennis Sicelidum chori.
Non mentem hanc tenuit iuuenta vestra,
Ordine sed iusto primæ discrimina vitæ,
Ritè locabat:
Maxima pars studijs
Temporis abibat, vanitati nil datum,
Nil leuitati,
Portæ malorum.

Antistrophe IV.

Assume vultum lætiorem per dies,
Tantoque gaude Filio A C A-
DE M I A, Magistra Orbis, Sapientiæ vnica

Mater

Mater, en prolis videas secunda fata,
Crescentis excelsè in Lechico polo,
Sic felix vteri tui propago;
Pontificum illustrem mytram nomenq; capessit,
Omne fausto
Prosperat ille DEVS.
Semper acta suæ ACADEMIÆ, nec
Vult filiorum dedecore Matrem atteri,
Cui ego collum,
Meumque cor do,

Epodus IV.

Post mentem artibus exteris dedisti,
ILLVSTRISSIME PONTIFEX
Atque tuum genium sagacem,
Non patrijs solum Camænis,
Ast in alio quoque fun-
do genitis; sat
dexterrimè
Ornasti, relegens modos sciendi;
Tot præcepta boni venandi, tramite recto;
His vt armatus, Patriæ petenti
Nectar consilij dares,
Atque iuuamen;
Quod tepidum nimis est,
Sine lumine experientiæ.

Strophe V.

Laboriosa sic apis, dum mellea
Vult congregare horrea, fauisque
Saginare tecta propria dulcibus, solet
Fruticum flores varios adire,
Nec sola tantum prata domestica,
Vicinos etiam lares salutat,
Latos peruolitat campos, sylvasque profundas.
Talia reddit
Pectora, firmus amor
Præsignati operis, iacere nescit
Intenta mens negotio pulcherrimo,
Assiduò se,
Mouere tentat.

Antistrophe V.

Virtutis ecquis non tuæ specimina
Expressa vidit, exterorum
Quando relinquens orbitam, mox per tuam
Spargeris nomen Patriam venustum
REGI breui post, suavis & omnibus.
Nam ferri subito solet voluntas,
in mentem rectorum hominum, moresque; adamandos:
Iam fatuum ne:
mo statuit venera-
ri. lex hæc sapientiæ tributum est:

Nec

Nec defluit nisi in boni affeclas sui,
Non morientes,
Cælo ruente.

Epodus V.

Iustè non igitur tuum decebat
Virtute emeritum iubar,
In solio residere prisco,
Sublimius nec eleuari,
Iam splendor Abbatis no-
uus tibi venit,
Et cura sel-
læ SVFFRAGANEI datur tenenda,
Celsus vt positus, trutinæ pondera rerum,
In loco tanto venientium cre-
bro, & succo sapientiæ,
Debilitatam
Mentem animumque gregis,
Resuscitares gnauiter.

Strophe VI.

Polonicalium Urbium antiqua genitrix,
Quam Lechiadum conditor LECH,
Radice ab ipsa condidit feliciter,
Et suo latè populo vaganti,
Statua fecit prima Ducalia.

Dic solatia, gaudiumque vastum,
Quando tuæ Procères terræ, gentemq; frequentem
Incluta rexit
Fascia GEMBICII,
Primatem auxilio iuuans, senectute
languidum, fractumque longo turbine
In Patriæ funus expedito.

Antistrophe VI.

PRVDenter inflectere suæ vitæ orbitam,
Conuulsa mundi ne ictibus, tum-
que fulminum ingruentium acri verberere,
Plena mortalis quibus aurâ vitæ,
Labascat: humani ingenij nota.
Ast præcepta alijs creare docta,
Exemploque suæ vitæ, firmare caduca in-
tenta hominum, non
né hocce Deorum opus est?
Et mentis Superûm reuinctæ amor
Fidentius? quantilaboris heu caput
Multimodi sensus, regere belle!

Epodus VI.

SCiuit GEMBICIA indoles secunda,
Clari filia stemmatis,

Numine

Numine consilij patrocini,
& beato tramite infestere,
sibi commissum gregem sine labe.

Præfèsque claustris, rexit sapienter hoc ouile,
Præfulgens morum ac virtutum lampade semper,
Ne ciens rebus minimam procellam.
Sapè errare hominum solet
Conditio, in tali stadio posita,
Nec sapere vult sine vulnere.

Strophe VII.

Viuere scit virtus Parentum in filijs,
Leoque de Leone nascitur,
arboris medulla lecta, in palmites
Mittitur pulchrè lateri applicatos,
LAVRENTII nec facta perennia,
GNEZNA quem venerabitur sequenti
Tempore; deficiunt in posteritate fluente,
Condecorat dextrè meritis proprijs,
Ac auget radios auiti honoris,
Nidi istius propago felicissima.
Fulcraque laudum
Format nouarum.

Antistrophe VII.

QVot talium agmina numerat mundus nepo-
tum: gloriæ qui præuia re-
troactæ adumbrant sidus, atque lurida
Nube, denigrant faciem Parentum.
Ab his remotè GEMBICIA exulat
Domus, iure velut sibi relicto,
Primorum parta conferuans omnia laude.
Nonque vetustam
Concipiens cariem
Canos ante etiam dies senectæ
Matura publico vsui acta suggerens,
Certa sacrata,
Hæc signa vitæ.

Epodus VII.

CANCELLARIE Magne, cui Deorum
Multi congeries boni
Munere quam sapiente lega-
ta, illustriores sanguinis tu-
i cerne gressus in di-
es, neque tantum v-
nâ Præfulis
Contentum videas mytrâ peditæ,
In vestrum caput, vltro abeunt examina honorum,
Et Senatorum titulos potentes,

Adve

Ad vestros referunt lares;
Dextera victrix
Omnipotentis, eam
Effinxit in legem probos.

Strophe VIII.

LÆtare, sed tu gaudijs plenissima
Urbs WLADIMIRI Principis man-
dato excitata; nobilis fructu soli,
Grata lymphæ murmure defluentis
Styr, quando supremi auspicio DEI,
Succedunt tibi lege mancipata,
Pontifices recti, normæ ad cælestis amussim
Compositi aptè,
Commoda nulla suæ
Conglobando siti crebrò refusæ:
Virtutis hic vertex regentium, hic scopus,
Metaque summa
Est sanctitatis.

Antistrophe VIII.

Effusa plebs complectitur præsentiam
Præsul tuam ILLVSTRIS-SIME, assur-
gunt & Sacerdotes pij Dium genus,
Turba splendens Nobilitatis adstat,
Cunctique cætus, nunc humeris tuis
Sanctis impositi; beatitatem

Tecum

Tecum vnà prendunt, aduentantemque salutant.
Ingredere alma
Auguria excipiens,
Et plausus hominum frequentiorum,
Et vota mille, corde missa de intimo,
Ingredere ergo
Episcopam altam.

Epodus VIII.

Non suspiria pensita esse vana,
Et iustos hominum preca-
tus. **ACADEMIA** quæis suis camænis
Non immemor propensionis
GEMBICIAE, qualem Re-
gina locorum
Suprema ter-
ræ **ROMA** audiit, annuitque votis
Effusis studio recti & pietatis amore.
Promptè adest, & debita vota mittit,
Vt successibus arduis
Altius eue-
ctus, Patriæ niteas
Vls temporum arctum limitem.

D. O. M.

*Virgini & Matri castissima
Vniuersæ calorū Curia
Gloria & Gratia.*



35.1.12.



